ſto Ieſu. Non enim me pudet Evangelii Chriſti. Potentia ſiquidem eſt Dei, ad ſalutem omni credenti. Nec quicquam ſcio, niſi Ieſum Chriſtum, eumque crucifixum. A me veró abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo. Vná (inquam) cum Chriſto crucifixus ſum. Vivo autem non amplius ego: ſed vivit in me Chriſtus. Et vitam, quam nunc vivo in carne, vivo per fidem filii Dei, qui dilexit me; & tradidit ſemetipſum pro me. Et novi, cui crediderim: & mihi perſuaſum eſt, eum poſſe depoſitum meum ſervare in illum diem, quo ſuſcitabit, & transfigurabit corpus meum humile, ut conforme fiat eius corpori glorioſo: pro illa vi efficace, qua poteſt etiam ſubjicere ſibi omnia.

Roman. 1. *1. Cor. 2.* *Gal. 6.* *Gal. 2.* *2. Tim. 1.* *Philip. 3.*